

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

✓

alt Nr. 273.

Lusthätt

von Flacius Mlyr. 1), 2), 5), 9)

• Verginius 3)

• Melanthon 4)

• Luther 6) • Verward 7)

• Hieronymus 7)

• Torguensis, A. 8)

• Arundius, Fac. 10)

K. III. 26.

DE MAXIMIS

MVTATIONIBVS REGNORVM

Prognosticon D. Magistri Antonij Torquati, Artis
um & Medicinæ Docto. Ferrariensis, Clarissimiq;

Astrologi, ad Serenissimum Matthiam Re

gem Vngarorum, Anno Christi M.

CCCCLXXX. conscriptum, &

ab eodem Anno vsq; ad M.

D. XXXVIII.

durans.



Irrita, crede mihi, non sunt præfagia vatum,
Nec dubias fati cernimus esse minas.
Quare cum prosit casus præscire futuros,
Hæc legito, & monitis afficiare Deum
Qui sapit, ille animum fortunæ præparat omni.
Præuisumq; potest arte leuare malum.

M. D. . XXXIII.

PROGNOSTI

CON D. MAGISTRI ANTONII TORQUA
ti, Artium & Medicinæ Doctoris Ferrariensis, Clarissimi-
q; Astrologi, de mutationibus Regnorum. Quod Se-
renissimo Matthiæ Vngariæ Regi, Anno Salu-
tis M. CCCC. LXXX. direxit, vsq; ad
Annum M. D. XXXVIII.



MULTA SVNT

SERENISSIME REX, QVAE DI-
uinos homines efficiunt, virtutis primum ex-
cellentia, vt in septimo testatur Aristoteles.
Secundo Deitatis contemplatio, claraq; sub-
stantiarum separatarum notitia, sicut ex deci-
mo eiusdem habetur. Sed inter cetera, nihil tam similes Deo mor-
tales reddit, quam contingentium præscientia futurorum, quam
omnes Dei propriam esse, confirmant, nec sine diuinitatis par-
ticipatione adipisci potest. Quæ & ad consilia præbenda & ad
prouidentiam eorum, quæ ventura sunt, plurimum prodesse at-
q; conducere, experientia fide faciente, conspicitur. Et prop-
terea Regnorum, Prouinciarumq;, necnon & Ciuitatum Do-
minis, Rectoribus, atq; Gubernatoribus permaxime noscuntur
necessaria. Et quoniam festinant tempora, in quibus Deus per
Astra, tanquam per secundas causas mirabilia multa, singularia-
q; plurima horribilia, visu audituq; tremenda, & euentu ipso, ac
effectu terribilia, quibus similia per longa sæcula facta fuisse
non legimus. Quæ licet plurima Climata, orbisq; Prouincias
sint afflictura, & Reges, Dominia, Status, Leges, Mores, Religi-
ones, Sectas, Doctrinas mutatura, & variatura, pro certo sint.
Tamen quoniam maiori ex parte huiusmodi euentus, nostra

A ij appare

apparebunt in Europa, dignum duxi eadem annotare, & tue
Maieſtati deſtinare. Quia vir diuinus es, & non paruam ip-
ſius Europæ partem cum prudentia regis, atq; gubernas, Chri-
ſtianamq; Rempubicam ab infidelibus tueris & defendis. Et
id ad conſolationem tuam addere non vereor, futurum eſſe,
poſt nonnullas ſtrages & depopulationes Vngariæ, ab Otho-
mannis factas, Othomannorum Regem in manus cuiuſdam Vn-
gariæ Regis, & Vngarorum, Imperijq; Romani & Germano-
rum, agentibus Hiſpaniſcaſarum eſſe. Interficiuntur ab eiſdem
antequam Anni M. D. XXXVIII. finientur. Et Othomanno-
rum domus imperiumq; Conſtantinopolitanum deficiet. Et
Imperator Germanus vnicus, ſuper duo regnabit imperia, &
Vngariæ gloria ſuper ſydera ſcandet.

Et vt iudicium noſtrum hoc Chriſtiano more bonum ſor-
tatur exordium, Diuinum prius inuocabimus auxilium. Pri-
mo & ante omnia trium ponderoſorum conuentuum Annis M.
D. III. & M. D. III. futurum prenotabimus, & in M. D. IIII.
Anni biſextilis Februarij quinto die Menſis. XXI. virginis gra-
du, annalis reuolutionis erit præuentio, Quæ non parum ponde-
randa venit. Quoniam Luna defectum patietur. Secundo con-
ſiderandum accedit, non ſolum trium ponderoſorum, ſed etiam
omnium pene Erraticarum ſtellarum coitus in piſcibus, qui An-
no ſalutis. M. D. XXIII. Februarij continget menſe. Sed & Lu-
næ Solisq; defectus, qui contingent, ac maxime de aquæ, terræq;
triplicitate, & in angularibus ſignis, angulariſue ſchematum,
ac præcipue primo & decimo fiet, geminorumq; tetragonis
maiorum duorum ſupernorum ponderoſorum, & oppoſitio-
nes, & qui coitus ſequentur.

1494.
ſor. pro duce Io-
zo nepote ſuo
tre, Mediolanū
rnante ob zelo-
n Carolo Gallo-
lege, contra Al-
phon-

Ex præfatis igitur Cœli conſtellationibus primo dicen-
dum eſt, ab Italia exordium tantorum malorum naſciturum eſſe
nam præuijs malis diſpoſitionibus, quæ orientur ex ſimultati-
bus Aragonum Sfortiadumq; domorum, accitis ab altera ea-
rum in Italia, Gallis, Europæ diſcordiæq; ruine virus diffunde-
tur & ſeminâ iacientur, ex quibus inter Chriſtianos Reges &
Principes maxima naſcentur bella, & ad hæc mala augenda Tur-
carum

Carum auxilia etiam contra Christianos, ab ipsismet Christianis implorabuntur. E Regno Neapolitano agentibus Gallis, Arragones non semel pellantur, sed e Mediolano per eosdem pellantur etiam Sfortiadæ. Et ab utroque regno vel dominio ab Hispanis, Germanis & Italis, pluries vel ipsi expellentur Galli, & mutationes magnæ orientur in Italia, in qua nonnulli mox in altum eleuabuntur, moxque decident.

¶ Potentes Veneti ac Ecclesia Romana in prefatis fortunæ ludis commiscebuntur, qui utinam abstinerent. Nam dum maiora lucrari credent, etiam quæ habebunt amittent, nec semel id dumtaxat eueniet eis.

Orientur quoque res ob Italicas inter Romanum Germanumque Imperatorem, & Gallorum Regem, primam post constellationem multa odia, & inimicitia non parua, sed agentibus etiam Ecclesiasticis Principibus, dicti Reges in vnum inient foedus, & in Venetorum perniciem conspirabunt, simulata potius inter eos pax concordiaque fiet quam vera, et ideo post aliquot annos secretis & occultis affectibus, alter alterum deiciet, neque alio animi consilio inuicem bene conuenient, & Galli superabunt Venetos, & omnia pene terrestria ab eis auferent, & ad custodiam Venetiarum Veneti ipsi deuoluentur, Sed hæc initia dolorum eisdem erunt, non finis. Nam humiles facti, contra Gallos non modica recipient auxilia, & amissa recuperabunt, & animos apponent ad maiora acquirenda. Quæ res totalis interitus libertatem atque status ac eorum dominij ruinam pariet, parumque aberit quin & Venetiarum ciuitas quoque euertetur.

Post hæc inter Ecclesiasticos Prælatos, inter Gallosque atrox bellum insurget, & nonnullæ ciuitates Venetorum ante a Gallis subactæ, ipsis nouissimis dominis rebellabunt, quam ob rem bellis acerbis ac diris interfectionibus & depopulationibus affligentur, & modo Galli, modo Ecclesiastici vincent, varia utriusque & anceps fortuna eueniet, & in bello utrinque multi cadent. Ecclesiastici Germanorum, & Hispanorumque auxilijs freti, fortiores erunt, Gallosque cladibus & prælijs affectos vi tandem ab Italia pellant. Eoque tempore Angeli contra Gallos tunc magna ne-

A iij cessitate

phonsum Arragonem Regem prouocante qui relicto Neapolitano regno in Sicilia fugiens.

¶ 1499.

Lud. Gall. Rex, expulso Lud. Sfort. Duce Mediolani, & capto Mediolano, post menses sex iterum relicto & expulso.

¶ 1501.

Ludo. Sforti. Mediolani Dux a Gallis Notriae capitur, atque Franciam perducitur. Incidit in foueam que fecit.

¶ 1508.

Cesar Maximilianus cum Iul. Pon. et Lucanico Gal. Rege conuenit Venetos conspirant.

¶ 1509.

A Cas. Max. Pon. et Gal. Rege subactis debellatis caesis et profugatis Venetis. Cesar capit Veronam, Patauum, Galli Bergamum Brixum & Cremonam cum alijs oppidis, locis et castris tollunt, multæ his temporibus sunt mutat

n.

s, parūq; abfuit quin
Venetiam ipsam
epiffent.

1513.

Cæsis & profligatis
ouaria Gallis, ab Ita
expulsis. Maximi-
mus Sforti. Dux Me
olani restituitur.

1515.

Franciscus Rex Gallo.
mense Septem. cæsis
stibus Mediolanum
titur, post modicos
capto Duce Maxi.
in Franciā perducto

1521.

Franciscus. 12. Sforti.
x Mediolani, poten
Carol. 5. Cæs. in pa
rnū solū reducitur.

1524.

genti milite Franci.
ex Galli. in mense
pte. Papiam (capto
imo Mediolano) cir
muallat, & 1525.
bru. 24. die apud Pa
um in Barchacis pal
rium Mirabelli infæ
iter pugnans Rex
pitur cum ingenti
ronum, procerum
Copiarum cade.

Per totam fere Ger
maniam

cessitate compulso, bella ex Hispania mouebunt, sed hæc bella
parum durabunt. Post quæ exurget in Gallis Rex nouus, in cu-
ius spe plurimi peribunt, quoniam Gallos iterum in Italiam du-
cent. Hic humili cum gente dimicans, magna tamen cum discri-
mine vincet, & Insubrum ciuitatibus potietur, & cum Papa du-
ratura foedera iniet. Nam circa salutis Annos M. D. XIX. vel M.
D. XX. noua iterum prælia inter Gallos Papamq; consurgent,
et agentibus Imperatore Romano, & Romanis Hispanisq; Papa
solicitante, rursus Galli Italia pellentur. Et Sfortiada domus (pa-
rum duratura) tertio in Mediolanensium ducatum redibit. Ve-
rum obstinati Galli obsessum Mediolanum reuertentur, sed re in-
fecta calamitatibus oppressi, fugam arripientes, vix in patriam
suam se recipient, sed ne dum Galli obstinatiores effecti, quin ta-
men domi bellis fuerunt vexati, ab Italis seducti, Italica rursus
bella tentabunt, & in Annis M. D. XXIII. M. D. XXIII. M.
D. XXV. infeliciter pugnabunt, & eorum Rex, capietur aut in-
terficietur. Qui liberatus immemor præteritæ fortunæ ad maio-
ra discrimina subeunda animum ponet, nec desinet tam diu Ro-
manum Imperium contra prælia miscere, donec confractis viri-
bus, regnum, vitam, filios, Duces, & omnia simul amiserit, sed
alio me reuocant Cœlestia fata.

Per hæc fere tempora tumultus in Germania orientur atq;
internitiæ multæ. Ignobiles contra nobiles insurgent, sed prius
hæc labes in Vngaria nascetur, in qua viri Ecclesiastici plurimo-
rum causa malorum fient.

Sed ad omnium Prouinciarum particularia quædam veni-
am, & ad nonnullarum domorum ac gentium & statuum seu
dominia specialia procedam, in quibus plura distinctius enodabo

Futurum est enim post hæc, vt Papa, Galli, Ang- (futura-
li, Veneti, ac Sfortiada domus, cum non nullis alijs contra Roma-
num imperium consurgant, & noua prælia mouentes vno ani-
mo in illud ferantur. Mediolanum obsidione cingent, & Insub-
res diuersis commiscebunt malis, intus ac foris, & cum Hispa-
nis male res agentur. Et eorum militia circundetur, sed noua
auxilia ex Germania venient, virosq; anxios releuabit, & ad me-
liorem

liorem spem euectos consolatione non modica faciat lætari. Sed hæc lætitia diutius non durabit. Nam iterum ruina eadem pene Insubres, Hispaniq; maiori calamitate, nec dissimili prementur.

* Per hæc fere tempora atq; hæc ob bella Christianorum & ad nonnullorum forte Christianorum iustantiam immanissimus Turcarum exercitus capiet Belgradum munitissima Christianorum loca. In Vngariam trañciet, & Et potius Vngarorum seditionibus quam vi sua vincet. Vngariæ Rex, qui tunc erit, nescio vi an dolo, aut caussa, eo morietur in bello. Quamobrem non modica inter Vngaros de regno orietur contentio, atq; hi vnum alij alium sibi deposcent in Regem. Turcarum gens Pannoniam pene totam depopulabitur, incendet, destruet, Et prædam multam, viros ac mulieres captiuos absq; numero ex ea abducet.

¶ Et duo Reges in Vngaria eligentur, vnus per ambitionem & contentionem, Alius canonicè atq; mature, & forte ex antiqua regni Vngariæ stirpe veniet. Hic ille erit Rex, in cuius manu Othomanorum Imperator interficietur. * In ea siquidem re Vngarorum aderit non modica laus & Germanorum. Sed astra etiam Regem quendam magnum Hispanum, ac Hispanorum ingenium affuturum pronunciant, & Imperatoris Romani auxiliares copias permittunt, & forte ipse quoq; aderit Cæsar. Sed Regis Vngariæ prima laus & singularis in hac erit opera, Nam & secretum tibi Serenissime Rex, & stellarum fata aperiam, inter Annos Domini M.D. xxxvi & M.D. xxxvii. hæc occulata fide cernent Christiani, antequam præfati finiantur anni, Imperium Constantinopolitanum dissoluetur & debellabitur, Turcis ipsis crudelissimis stragibus affectis, & non solum ab alienigenis hæc fiet contra Turcas, verumetiam a discordia inter suos principes orta. Nam interfecto Turcarum Imperatore tanta orietur inter Duces eorum discordia atq; dissensio, quod & ab inuicem, & ab externis crudelissimis bellis lacerabuntur, & diris bellis per totam Græciam excitatis, atq; Marte per Græcos, & Asiam minorem furente, & eosdem populos sæuissima peste cruciante. Ex Othomannorum familia, atq; Turcarum gente Constantinopolitanum imperium absq; dubio cadet. De quibus in sine libelli nostri longior a nobis fiet mentio.

niam vulgus contra tentes nobiles superoresq; coepit seuire c innumerabiles intolerabilesq; aggrauationes, nascitur sedit magna, fusio sanguinis ab utriq; maxime

* 1526.

Papa Clemens. 7. Henricus Rex Anglicus Parliamentum Francorum et Veneti aduersus Cæsarem copias tam Germanas q; Hispanas, ab Italia cas depellerent cõiurant, agent. Cæs. sub cõspiratione colore fucato, obnoxum Franciscum Sfor. Mediolani Ducem cõtaminant laborante tunc in Agone, quod nestius uitam sibi tollerent suasq; nugas tīgant, in arce Mediolani circumuallant atq; mensibus nouem et amplius recludunt.

* Creditur Venetos se suaq; tutarent facilius, Turcam com Christianos incitasse Qui 1521. Vngariam inuadens proditor Alba regali capto.

Tem-



1522.

Post longam Rhodi
defensionem Mense
Iulio tandem in Tur
cia deditionem uenit

1526.

Ludouicus Vngariae
rex in stratagemate
contra Turcas XX
III. Augusti perijt.
Eodem Anno pars
Vngariae Ferdinandū
Regem Boemorum,
pars altera Ioannem
Matyuodan in Reges
eligunt, duo illi pro
regno disceptant.

1527.

Pro Cesare belli Impe
rator Carolus Borbo
nij D. Romam circum
uallat, & 6. Maij eam
cepit, ingrediendo ictu
bellici tactus tormenti
tam gloriosiss. quicquid
posuisse cecidit, Papa
Clemens. 7. cum aliqui
us Cardinalib. ad ar
tem S. Angeli aufugi
ens tandem se dat, cap
tus dispersisq; ceteris
Cardinalib. & Epi
scopis, Aulicisq; Ro
ma fit praeda militibus

Tempus est enim ut ad Christicolas reuertar, & de Ecclesi
asticis Dijs hominibusq; vniuersis tantum lugubrem canam.
Nam in Annis M. D. XXVI. vel M. D. XXVII. capitibus Ec
clesiasticorum praelatorum aduersa fortuna incipiet comminari,
fietq; pluribus annis fortuna nouerca, & Ecclesiasticis Romanis
q; dura contingent mala. Roma vi expugnabitur, & exercitui
Imperatoris Romani praeda fiet, & in ea interficientur multi. Pa
pa vel fugabitur, vel capietur. Cardinales & Ecclesiastici praelati
spoliabuntur, & priuabuntur bonis, & Cardinales tristabuntur,
& Praelatorum Ecclesiasticorum diuitum atq; potentium incipi
et ruina, horrendum quidem & extremiscendum Ecclesiae Ro
manae futurum dicam. Ecclesia namq; Romana diuitijs ultra mo
dum aucta ad id deueniet, ut posthabita rerum spiritualium cu
ra, de rebus temporalibus dumtaxat cogitatura sit, atq; curam
habitura, & regnum coelorum cuius clauis sibi datas creditur, in
temporale terrenumque regnum commutabit. Propter quod
Deus eos abiiciet a se. atque diris ac crudelissimis flagellis eos per
cutiet. Quoniam nihil caeleste tunc diuinumue meditabuntur,
& armis hostium, tum fidelium, tum Christianorum, bellisque
multiplicibus expugnabuntur, & tam acriter quidem, ut disper
si Praelati in fugam conuersi, profugique varia sint ad loca accessu
ri. Nec in tribulationibus illis maximis alicubi tuti erunt, & a
Christianorum tandem auxilio destituti miserias suas amare fle
bunt, Quoad omnes solum Christum Dominum honorantes,
rebus factisque contemnentur atq; vexabuntur, & ad pristinam
paupertatem reducti sub spirituali fient potestate, quoniam neq;
Deum ut Deum, neq; Sanctos eius, sed se ipsos tantum glorifica
bunt. Et in hypocrisis loquentes mendacium, populos decipien
tes, atq; fallentes specie virtutis & umbra, Ecclesiam Dei profana
bunt, & multorum malorum inter principes & populos Chri
stianos & gentes existent causa. Quorum non nulli nominis
Christiani hostes occulti erunt, & quoniam tales pestes nun
quam dignatus est Christus habere seruos, de futuris malis dico,
non de bonis, nam multos, & Ecclesiasticos ne dum bonos, ve
rumetiam optimos fore cerno, Verum tamen de malis dumtaxat intendo

at intendo loqui, Quoniam propter eos veniet ira Dei super Ecclesiam, & malos hic incipiens de medio tollet, qui futuri sunt in malo obstinati, alios ad se conuertet. Bonosque sicut Argentum & aurum prefatis flagellis ac veluti per ignem purgabit, & sic ex malis Deus eliciet bona, & Ecclesiae statum reformabit. Nam plures erunt mali, & boni paucissimi. Quoniam tunc insurgent Hypocritae multi, & Pseudoprophetae, & pauci in veritate Christi ambulabunt. Miser ille Papa & infaelix, de quo dixi, dolis proprijs capiatur, & alios credens decipere ipse se decipiet, & ab alijs decipietur. Post capturam aut fugam eius non diu superuiuet, obiturus breui aut animi dolore aut veneno aut ferro, vel à semetipso nescio. Cardinales in futuri Papae electione discordes, magni Schismatis causa erunt, plures Papae creabuntur, quo fiet vt Ecclesiastici viri odio omnibus hominibus tum infidelibus tum fidelibus, & in Haeresim venient, & abominabiles cunctis erunt. Religiones omnes perturbationibus plurimis ac discordijs agitabuntur, & praecipue Minorum Religio. Omnes Ecclesiastici viri tam Praesbiteri seculares, quam Claustrales à via veritatis discedent, Sanctimoniales à dono castitatis & regulis suis decident, & cuncti pene à via veritatis auertentur, multa simulatio sanctitatis regnabit & dominabitur, adeo, vt veri boni Religiosi non valentes habitare cum malis, ad montes tunc fugere cogentur.

Veniet à Septentrione Haesiarcha magnus subuertens populos contra vota Romanae Sedis, cum magnorum Principum Septentrionalium auxilio, qui faciet ingentia, & magna loquetur, & apparebunt tunc temporis multi Hypocritae, quærentes sibi exaltationes & honores, & dignitates Ecclesiasticas ambiant, & erit confusio maxima, & persecutio maxima in Ecclesia, tam diu donec interfectis Ecclesiasticis in malo obstinatis, absque vi maximarum tribulationum ad Deum conuersis, & malis moribus in bonos mutatis, & iniquis legibus ac prauis consuetudinibus sublatis, & ritibus pessimis deletis & in sanctas & aequas Leges consuetudinesque ac ritus pios conuersis. Ecclesiae status renouabitur totus, & uelut Sol oriens claro sereno

B formo-

1534.

Papa Clemens
mus extinctus est
veno.

Signum Schismatis
dem Anno con
tres Soles me nse
tio.

An de Luthe. hoc
isse uelit, an de
nescio. Circa haec
ra Luthe. Pont. L
X. inuehere de
state clauium in
pro indulgentijs,
Archiep. Mogu
& Magdeburgij
nistratoriq; Ha
staten. concess.

1529.

Comitis de Zyps

uate fauore nutu- formosus, & decorus refulget in terra, sed nondum statim finis.
urca potentiss. ex- Nam fere annis octo Petri nauicula fluctuabit, sed fluctibus non
u immodico dam- opprimetur. Quin imo melior emerget & solidior, ac solito
ngariam intrans. splendidior, & preciosas merces in coelum vehet.

capta alijsq; op Sed & alio sermonem meum conuertere me oportet, & ad
. Deinde in Austri Christianorum bella redire, demum ad externa me conuertam.
imum ponens vi Erunt enim in diebus illis bella saeuissima inter Francos tunc
m inuadit atq; ob maxima calamitate compulsos, & inter Germanos, Anglos, His-
re tamen imper- panosq; q nec non inter Pannonios & Italos, & tanta quidem, vt
gravi suo uitupe genus humanum tantam mortalitatem vix poterit pati, Galli
r cede tandē cam cum Hispanis, Anglis, Germanisq; manus miscebunt. Sed & in-
uit, fugiens Au- ter quosdam eorum primos inuicem bella, & discordiae videbun-
pene deuastata. tur. Itaq; ab externis, & à suis affligentur. Germanisq; & domi,
& foris, & ad inuicem & cum externis & maxime cum Gallis &

1531.

merabili exercitu Italiam preliabuntur. Angli modo cum Gallis, modo cum finiti-
a secundo Austri mis Scotis, ac etiam cum Hispanis bellabunt. † Itali & ad inuicem
ergrassatur incen- cem & ab externis opprimuntur, & interficientur, & in area Ita-
uina atq; depre- liae maior pars huius lugubris ludi fortunae fiet. Nam in ea pestes
fecta re, ludibri- sequissimae, quae eam consumunt, euenient, ac praecipue Roma, Ve-
ecedit. netiae, Mediolanum, Florentiae, Ianuaeque pene totaliter consu-
mentur, licet & aliae Ciuitates plurimae eo † morbo pluries adeo

1529.

horrendus inaudi- affligentur, vt hominibus quasi vacuae sint remansurae, Inauditi
prius morbus. An morbi nascentur in eis, quibus Medici nescient remedia propria
s sudor appellatus conferre. Penuria quoque Italiae populos ciuitatesque plusquam cre-
buit, Medicis in- di possit, aggrauabit, Ciuitates nonnullae, villae, castraque partim
tus, q plures ci- comburentur, partim destruentur, & equabuntur solo.

bstulit. † Timeant Insubres, & Longobardi, qui ad mortem usque
Eodemque anno pe & internitiam grauissimis & diris & varijs affligentur malis intus
ingentiss. non tam & extra. Quae omnia eis propter intestinas discordias ac delicta,
m, q etiam Ger- & propter status Mediolani contentiones contingent. Post Me-
a peruagata est, diolanum Roma, post Romam Florentiam, post Florentiam Ianua
ulti fame perie- Venetiaeque consimilia timeant fata. Nam eadem fortuna & aduer-

1528.

† sa ipsos omnes moratur vt deuoret.
ciscus Gallor. rex † Sed & Neapolitanum Regnum angustias, & aduersas for-
enetis castra con- tunas sustinebit, in quo Galli cum Hispanis pluries longoque tem-
tra pore pugnabunt. Post

Post Turci cum Hispanis, quibus omnibus tandem Hispani superiores erunt, omnia extrema visura passuraque misella est Italia, sed precipue Longobardi, bellicus furor omnia maligna in Italiam effundet, plusque Italiae quam caeteris prouincijs astraminantur. Apparebit namque fortissimus princeps à Septentrione, qui populos debellabit, & vrbes & dominia, & potentatus, **horribili cum terrore saeuissimisque bellis**, expugnabit, vniuersos

Aquarum diluuię ne dum in Italia verum (vi sibi subiiciet etiam in alijs quoque Prouincijs exundabunt, & humiliora operient loca, & ciuitates & Castra submergent.

Futurumque est Mare Pyratibus & Classibus plenum, Qui magno cum terrore ciuitates maritimas oppriment, & spoliabunt, vnde fleant expectantes, fleantque permixte Romani imperij hostes. Quot dominia mutabuntur. Quotque Illustres familiarum antiqua amittent dominia, haud facile narrari potest, & hoc permixte in Italia continget. Quot Respublicę, per vim & cum dolore suos status & libertates amittent, & alijs dominijs & externis subiicientur? Florentia, Luca, Ianua, Venetię, & alię quęcunque Italiae Respublicę, praefato fato erunt subiectae, neque euadere poterunt, & quo tardius id fiet, eo durius, miseriusque atque infelicius eueniet eis, & eo fato prementur. Circa namque annos M.D. XXVIII. & M.D. XXIX. M.D. XXX. tam ardua, diraque atque saeuissima bella inter Gallos atque Germanos, & Hispanos, & inter eorum Reges oritura sunt, inter quos Angli, Itali que miscbuntur, & etiam Turci ad ea à Christianis in auxilium vocabuntur, Ita quod tunc videbitur, quod status orbis sit ruiturus & omnes praefusione rerum, timebunt vltimam ruinam.

Multi contra Romanum Imperatorem & suos ferentur & ibunt, sed Romanum Imperium tanta vi repente contra hostes suos praeter omnium spem & opinionem insurget, quod contra omnium iudicium opprimit eos, superabit, ac vincet, & Gallorum Regem aut interficiet aut secundo eum capiet, tamen gladio concidet, & amisso regno, filijs calamitatibus oppressis, Ducibus suis interfectis vitam finiet, & tunc vltima Gallorum laus, sub Aquila volabit, tum Galli infelices erunt, M. CCCC. XXVIII. M. CCCCC. XXIX. & M. D. XXX.

B ij M.D.

tra Neapolim potest
camque obsidione
gunt, subitaneus
quitur morbus, c
dirupit, tam Gall
que Venetorum re
eta graui caede an
unt. 1530.

Die. 8. Octo. hor.
noctis Tybris fl
excreuit, non m
damno Romam
mersit.

Eodemque anno. 5.
Selandia et Hol
maxima fuit aqu
inundatio subme
ne multorum loc
Hoc idem Antw
in Flandria uic
oppidis accidit.

M. D. XXXI. Sed in annis M. D. XXVII. & in principio M. D. XXVIII. ipsorum Iupiter causam fouebit & permeabit in gentem gloriæ famam, mox interituram amittet, & post subito totaliter extinguetur, interea sceleriter pugnabit.

Anglus quoque Rex, Gallicis ruinis non longe dissimilia pertimescat in fortuna, poterit & ipse cum suis aduersam experiri fortunam, & ingenti strage prosterni, quia tutum non est contra fata niti. Verum si sapiens fuerit, dominabitur Afris.

Hispani multis victorijs augebuntur, gemina Hispanorum regna, sub vno Rege conuolabunt. Auaritia scelerabitur, & eos in Italia grauer pessundabit. Multas Italiae partes, Africamque totam suo subiciet imperio.

Romanus Imperator, Germanusque & Vngarus indissolubili iungentur amicitia, & inuicem auxiliaribus armis se iuuabunt. Angli modo cum Imperio, modo cum Gallis, nunc (bunt. que cum his, nunc vero cum illis erunt, firmam stationem non habebunt, sed videant ne studio suo aut opinione fallantur.

Germani cum Vngaris mediante Rege firmiter conherent. Veneti nunc his, nunc illis adherent, adeo ut (bunt. perfidi reputentur, & magna super eos veniet & insperata ruina. Nam destructis Gallis, & eorum Rege interfecto, Florentia, Ianuaque occultorum ac manifestorum criminum suorum, crudeles poenas dabunt.

Mediolanum in ipsa Gallorum concidetur ruina, post Venetijs manent crudelia fata, pestibus saeuissimis consumentur, & nouis bellandi artibus & inaudito exercitus genere ipsemet Venetiae expugnabuntur, & alienae ditioni fient subiectae. Astra quidem monent virorum bellatorum ingenia, nec crudeli fato obuiam uenire poterunt. Clamabunt nec exaudientur, neque quisquam eorum miserebitur. Et adducet Dominus super eos omnem ruinam, quam ipsi super alios artibus induxerunt, & potentes potenter tormenta patientur. Concludet eos Dominus in manus inimici, & sapientiam eorum perdet, nec scient uulneri suo remedium aliquod afferre, propter grauissima eorum peccata, Quae in Christum, & Rempublicam Christianam commissu
ri sunt

ri sunt, & quæ commifere . Tunc ad Turcarum auxilia iam non
secrete, sed palam manifeste confugient, & Othomannorum Im-
peratorum familiam, gentem secum in ruinam trahent. Verum
tamen uictis hostibus huius uelint nolint, tradent manus, &
planctus Hieremię atq; lamentatio cantabitur. Princeps Prouin-
ciarum facta est sub tributo . Cumq; eorum interitum absq; la-
chrymis predicere nequeam, cum de me benemeritos non ama-
re non possum, Hoc illis tamen predicere uolui, ut non ignorent
quam uiam ad eorum salutem capere ualeant . Si tamen obceca-
tum non fiat cor eorum, quod sæpe contigit . Quia nescimus cre-
dere cœlo Materiamq; magno struimus per uota ruinæ, & à
Deo sepe ducimur, atq; cum peruenerimus, peccatorum pœni-
tentes, futuris ac iminentibus malis remedium aliquod afferre
non ualemus.

Ad immanissimos Turcas iam sermonem meum conuer-
to. Quos longum latum q; ac magnum imperium, diuitiarum
magnitudo, & frequentium gloria uictoriarum, tantum attollet
animum eorum ac spem, ut eis non putent ipsum posse resistere
cœlum, atq; iccirco ad totius orbis Imperium aspirabunt . Ar-
menos, parthos & Persas continuis prelijs infestabunt. Cum his
uariam fortientur fortunam, nunc eos superabunt, nunc ab illis
superabuntur, pluries uictor, atq; superior euadent, & quandoq;
succumbent magna strage suorum. In Christianos arma moue-
bunt, Venetis multa inferent damna, post amici eorum facti. Bel-
gradum in ditionem suam recipient, superabunt Panoniam, Un-
gariamq; multis cladibus afficient, tandem in eam intrantes,
aut Regem eorum bello laceffentes, simul & Imperium Roma-
num, Germanosq; bellis durissimis tentantes, eorum Imperator
in ipsorum manus cadet. Annos tunc Christi M. D. xxxiii .
uel M. D. xxxv, sed prius Apuliam intrabit, & Siciliam, &
Gallię Hispaniæq; littora classe sua, nec non & Italiam molesta-
bit & affliget, terrorem magnum Christianis incutiet, Sed Chri-
stus tandem suorum stragem diutius non feret. Furorem Germa-
norum, Ungarorumq; militiam, & Hispanorum atq; Itolorum
ingenia contra eum adducet . Et tandem superatus interficietur.

B iij in quo

1534.

Classis Piratica Ti-
rum duce Numida
pulata est litus q
Caietam, & con
est excurrere ad
tandam Genuam

in quo p[ro]telio, ac negotio Regis Vngarorum laus erit prima.
Nam vt astra p[re]dicunt, dicti Regis auspitijs ingenio industriaq[ue]
ad ductu perficientur omnia.

Hæc de morte immanissimi Imperatoris Othomanno-
rum, & victoria contra eum per Christianos habenda p[re]dixi.
Othomanna namq[ue] domus in XIII. vel XV. capita deficiet, neq[ue]
illum excedet numerum, neq[ue] annos salutis M. D. XXXVI. tran-
siet. Tunc omni horrendo concidet casu, Ex hac Turcarum Im-
peratoris morte tanta orietur inter Othomannos discordia,
quod ab inuicem & ab externis interficientur & destruentur, &
tota Græcia inermis, & in externis bellis feruescentibus in ea af-
flictabitur, pesteq[ue] ac fame laborans seuißima, ultra modum ex-
cruciabitur, nec sibi paulum respirandi p[re]stabitur tempus aut
locus, donec pene tota corruerit. Tunc Christiani omnes vno
animo vnoq[ue] impetu alacres mare transibunt, & tanta velocitate
actot, & tantis copijs, vt quasi totam terram Christianorum in
Orientem non ire, sed potius volare credendum sit. Sed prius
Veneti & ipsi malis omnibus afflicti succumbent, quam hæc fi-
ant. Tunc videbis Turcas ad Christi fidem conuolare, tunc
Christiani, qui Christum abnegauerunt, ad eius suaue iugum læ-
ti reuertentur, & gemina Imperia sub vno Imperatore conuola-
bunt, & ab vno regentur. Aphrica quoq[ue] sanguinolentis bellis
deuastabitur, pesteq[ue] seuißima laborans, & multis afflictis cala-
mitatibus, & ipsa Hispano regi iunctas manus dare cogetur. Ad
hoc accedit stultissimi Pœnorum Regis stultissima proles discor-
dijs agitatura, & de Numidia Aphricæq[ue] contendens Imperio,
dum quisq[ue] summam Aphricæ conabitur habere atq[ue] regere, viri-
bus nititur, regnum dissipans amittet, & ad tantam prorumpet
insaniam, vt malit externo subijci Regi quam p[re]fati, & pater-
num Regnum ad Hispanos peruenire potius quam apud suos
permanere. Hæc odia proxima ad Annos Christi M. D. XXXVI
& M. D. XXXVII. inter fratres oriri incipient, & aliquamdiu
dissimulata erunt. In principio parum contendent ad inuicem,
post in apertas inimicitias deuenientes ad insaniam et extremam
angustiam ducentur, & furore ad inuicem agitati, vel relinquent
sta-

statum, quod ad perniciem fraternam facere arbitrabatur, sicq̃
dum externa ad auxilia confugient, & ab suis & ab alienis vi
compulsi cadent. Et in manus Christianorum Africę perueni-
et Regnum, nec cessabunt, nec desinent Hispani ad vltteri-
ora procedere, donec omnia Meridiana ad extremam Indiam
usq̃ sibi subiicient, sed gloriam suam auaritia luxuriaq̃ aliquan-
tulum denigrabunt, prædaq̃ ingentissima ab omni parte, gen-
teq̃ domum adducta supra quam credi potest ditabuntur. Sic
q̃ Domini nostri Iesu Christi vexillum ad orientales partes cum
gloria portabitur. Et Mahumethana secta cessabit, & passim Ma-
humethani & Indi ad Christi Baptismum conuolabunt, cui sit
honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Hæc dixisse scripsisseq̃ uoluerim Serenissime Rex, & tibi
direxisse, ut nonnullam ex hoc caperes uoluptatem, & in eo tan-
quam in speculo futuro prospiciens, etiam quę uentura erunt
post te prænoscas, ut beneficiorum à te receptorum non im-
memor, dictum uaticinium gratiarum loco referenda-
rum Maiestati tuę mitterem. Qui obsecro
non donum, sed mittentis cor aspici-
ens benigne accipias, &
Torquati tui semper
in bonum sis
memor.


Handwritten text on a small paper label, likely a library or archival mark, possibly including a date or reference number.

AB: 44 $\frac{2}{h,8}$

ULB Halle 3
002 401 800





DE MAXIMIS

MVTATIONIBVS REGNORVM

Prognosticon D. Magistri Antonij Torquati, Artis
um & Medicinæ Docto. Ferrariensis, Clarissimiq;

Astrologi, ad Serenissimum Matthiam Re
gem Vngarorum, Anno Christi M.

CCCCLXXX. conscriptum, &

ab eodem Anno vsq; ad M.

D. XXXVIII.

durans.



Irrita, crede mihi, non sunt præfagia vatum,
Nec dubias fati cernimus esse minas.
Quare cum profit casus præscire futuros,
Hæc legito, & monitis afficiare Deum
Qui sapit, ille animum fortunæ præparat omni.
Præuisumq; potest arte leuare malum.

M. D. . XXXIII.